1173

III

Oprawiono w r. 1938.

I

1

1766 d. 5 februarii.

N. Inv. 1173. III

In Convocatione Publica Universitatis Ao 1766. Die 5. Februarii Rectoratu Magnifici Perillmi Admi et adm Rndi Dni M. Casimiri Szeplowski S. Th. Dris et Profris, Collegii Majoris, Seminarii Academico-Dioecesani Praefecti celebrata

Quantum ad 4tum. Quoad vero ad Scriptum emanatum in materia novellae Ordinationis Studii Facultatis Philosophicae, illud sopiendum esse pacis et charitatis causa censuit Universitas, ampliusque non esse suscitandum conclusit.

Ita esse, ac Libr. 1. fol. 1046. Concl. Univ. reperiri testor

M. Petrus H. Rydulski Phil. Dr
et Profr. interea Artistarum Decanus
Ac Universitatis Secretarius mp

Cf. Statuta nec non Liber promotionum Philosophorum Ordinis in Universitate Studiorum Jagellonica ab anno 1402 ad an. 1849 edidit Josephus Muczkowski. Cracoviae 1849. pag. CLXXXI et segg.

In Nomine Domini Amen

REFLEXIONES nonnullæ

Super ordinatione novella Inclitæ Facultatis Philosophicæ à Quodam Professore FACTÆ

Ut à principio rem ordiar, fatendum ē, quod licet ordinatio studiorum compilanda, fuerit de consensu Facultatis totius Philosophicæ, ac hunc in finem 4. Professores Ejusdem Facultatis sunt destinati nempe M. Jacobus Kiegowiecki; Ill: Cla: M. Antonius Czerchawski Collegæ Majoris Præfatæ Facultatis Regentes, necnon Ill: Cl: M. Adamus Jagielski & Ill: Cla M. Josephus Putanowicz Collegæ Minores, ut Illi providendo incremento studii Philosophici, facta matura deliberaōne, quid proficuum fuerit, in distinctis schedis, per modum Projecti /: libertatem relinquendo & aliis Professoribus si quid necessarium visum ipsis fuerit ad porrigendum :/ conscribant, eaq omnia si sigillatim conscripta in Consilio apud Ill: Decanum Facultatis Philosophicæ tegant, ac tandem oūm simul Delegatorum scriptis inter se combinatis & trutinatis, necessaria ~~in~~ ordinatione futuram ingrossent, minus necessaria rejiciant, quod tamen n ē factum. Nam in præfato Consilii Congressu, in residentia Ill: Decani: Clarissimor DD. Collegarū tam Majoris quam Minoris Collegii Professorum Phiæ, porrectis tantummodo & vix electis aliorū Condelegatorum descriptis Projectis, Illu: Putanowicz sui ipsius scriptum /: quod modo ordinatio studiorum dicitur :/ ratum haberi voluit, uti & factum, n tam consensu libero omnium quam persvasione, quia tempus breve ad crastinam convocationem S. Gregorii, & post cras imminet convocatio Universitatis, in qua dicta ordinatio /: intrusa :/ approbanda venit, narrando, quod additus sit in fine præfatæ Ordinationis tenor ejusmodi: <u>Statuimus quod singulo semestri æstivo & hyemali extradet convocatio boni ordinis, in qua videbit quid ab observantia præsentis Ordinationis exciderit &c. reducatur q &c:</u> et ideo ob spem futuram, nolle velle assensum præbuimus, quod idem in crastinum, in Convocatione Facultatis in Festo S. Gregorii promissum fuit; & ideo inquam, esto aliqua in præfata ordinatione, uti unius captus & partus, contraria & à legibus aliena fuerint, ob spem tamen in Convocatione boni Ordinis emendandi, immutandi y eliminandi, patienter sustinuimus, sicut in convocatione Facultatis, ita in consilio Patrum & Doctorum, ac postremo in Convocatione Universitatis Anno currenti die 13 Martii celebrata n contradiximus, effectum expectantes.

Cum tamen venerit tempus Convocationis boni Ordinis die 15 Julii, spe-
rantes qd convocatio praefata continebit puncta, nisi emolu-
menti studii Philosophiae, ventilationisq; num sint bene ordinata,
emendationisq; praedictae ordinationis novellae, spes tamen fefel-
lit et promissio evanuit. Nam Illus: Putanowicz altera hac com-
mutatione Decanus Facultatis factus, puncta ad dictam Con-
vocationem boni ordinis, contra Leges Facultatis, quia sine sci-
tu et consilio Clar. DDnum Consiliariorum Facultatis, motu proprio
extradidit, eaq; diminutionem studii, fastum et superbiam et n
augmentum et honorem studii parentia. Inter haec autem pun-
cta fuerunt. Imum ad constituendum prodecanum, qui in acti-
bus DDnum Baccalaureor. Disputationibus ordinariis praesideat
in loco Decani; tum ad assignandum aliquod Distinctorium
pro majori authoritate actus, tum ad accedendam alacritatem
a DDnis Professoribus ad id oneris suscipiendum. Item ad assi-
gnandum locum et Distinctorium DDs Regentibus, si aliquem
eorum vices Decani obligatum ejus absentiam in Lectorio superi-
ori obire contigerit. Item ad determinandum de Distinctorio Pro-
fessorum Facultatis Collegii Majoris et Adecanorum, Item ad
tollendos actus quosdam Disputationum &c: et alia similia
puncta extradita fuerant. Cum tamen quo ad Imum punctum
maximo damno ac decremento studii fore futurum. Nam
praesentia Decani, ob ejus authoritatem, majorem frequentiam Pro-
fessorum et aliorum Hospitum post se trahere potest, Magi-
stri vero Extranei v cujuspiam alterius Prodecani, cum sit
Authoritas tantum delegata, tantam frequentiam Personarum
non haberet. Tum cum Decani Facultatis Honor in Universitate
ob magnum laborem, etiam non postremus sit, ac ideo non modo
in Facultate, sed etiam in Universitate de Jure locum habet
post Doctores Facultatum superiorum, nunc vero cum labor
Decanalis sit divisus, timendum ne et ejus Honor et locus ma-
gno motu et strepitu quondam erectus, successive minuatur
et locus in Universitate Decanalis, ob diminutionem laboris
inferius transferatur. Tum etiam quia hunc Decanalem Honorem
una cum labore a condita Universitate tot Patres usq; huc
indefesse sine adminiculo aliorum, suaviter tolerarunt,
Illisq; Honor et Labor Decanalis suavis non gravis erat. Prae-
terea Labor Decanalis inter alia merita primum et prin-
cipale fuit ad praemiandum Virum ab Universitate, ad va-
cantias Collegiaturarum et alios ascensus. nunc vero cum la-
bor et Honor dividitur Decani, certo sequitur ut et praemium
suo tempore dividatur, quo vero ad assignandum locum et Distin-

dorum Regentium nullius necessitatis v emolumenti e. Nam Regentes sunt natura Vice-Decani, quia omnes Ex-Decani, Decanumq in Superiori Lectorio, et ubivis in Facultate immediate sequunt. Decani autem ab actu ordinario legatis absentia, p Regentem illius classis quam turnus tangit v tangebat, semper de jure supplebat et succesq suppleti, ac ideo, nec locus nec distinctorium in prafata convocatione boni ordinis constitutum Regenti e necessarium. Cum distinctorium p. Togam nimirum et Tybardam :/ a condita Universitate Regenti datum, portare nec piguit nec pudebit, locum quoq natura sum in sua classe, et sat eminentem Regentes habent, ac ideo nulla e necessitas ut occupent locum Decani. ... Distinctoria quoq Collegis Majoribus v Ex-Decanis loco Tybardarum seu Palliatoru Philosophicorum sericea, excogitata, fastum et superbiam /: quemadmodum id ipsum in prafata convocatione dixi :/ sapiunt, cum nullo in Jure Universitatis v Facultatis fundentur, nec nobis ipsis quidpiam novi excogitare licet, quod v n e de Jure v saltim de consuetudine sine consensu Superioris. Praeterea cum id factum esse videt illo tempore quo visitatio Papalis et Regia peragit, Bullaq Papalis dse Sva Julii p Celsissimum Cancellarium Universitatis nostra, ad ejusmodi visitationem Delegatum publicata, expresse inquiri jubet, num in hac Universitate juxta antiquas consuetudines procedatur, quod tamen post factam publicatione talis Bulla, impertinenter, et cum lasione Delegantis, e factum.

Quod vero ad ipsam Ordinatione novella pertinet, ipsam ex animo amplecterer, ni ea cum prajudicio Professorum delegatorum a Facultate ad similem ordinationem conscribendam facta fuisset, a qua Professores 4 delegati fuerunt et unus suix sentiram pro rata habendam, ultro institit et ni prajudiciosa incremento studii et erronea foret.

Quod sit prajudiciosa incremento Studii, patet ex multis mendis emendandis in eadem novella ordinatione, et quidem quoad Studium Philosophicum, licet aliqua menda ex pauco numero Lectionum /: ex quo multi Professores cum togati absq Lectione abire coguntur, et ad audiendas Lectiones cum si eas exaudiverint compelluntur :/ in ea comissa sint, ego n enumero, videant illi qui norunt et modernam Recentioru et antiquam methodum, fatebunt, loco incrementi, decrementum in Studio Philosophico futurum.

Quod attinet Scientias Mathematicas, ex quibus rite traditis, maximus

honor Uni=

Honor Universitatibus adferri solet, ea ad praescriptum Ordinatio-
nis traduntur sed defectuose, & sic sunt distincta in quatuor clas-
ses à quatuor Professoribus tradenda, acsi praedictus Cursus
Scientiarum Mathematicarum ex Libro jam ad id parato Ty-
pisq́ expresso, à dictis 4 Professoribus legeret. Porro cum hae
omnes Scientiae modoprimum de novo condendae & cudendae erant
à Dominis Professoribus specificatis, quaeris quomodo hi Pro-
fessores sua Theoremata probabunt ea firmabunt, unde suas
probationes, (uti assolet ex praemissis concessis) desument, cum
omnes hi 4. Professores, simul modò suas Thecas inchoarunt, nec
unus sua tradenda, alteri est communicabilis, cum 2dus sit
data; cum 2dus de primi, 3tius de primi & 2di, 4tus demum
de dorum 3um Professorum, tam methodo quam doctrina mo-
doprimum de novo colligenda ignorat, ac ideo praemissarum
classium Theses in corroborationem suae doctrinae assumere
nullatenus potest, cum tamen omnes hi 4 Professores ad unum
scopum collimare tenent. Euclides quoq́ in hac Universitate à
Perillustri olim Wladyslawski licet tenuiter fundatus, qui fun-
damentum & fons est totius Matheseos, ex quo omnes authores Ma-
thematici suas probationes ad demonstrandas difficultates Mathe-
maticas desumunt, tradiq́ solet in aliis Universitatibus, ex hac
Universitate recentissime hoc anno per novellam Ordinationem
est profligatus, ac ideo immediato semestri aestivo nulla prin-
cipia Geometricae Speculationis, noviter venientibus & inchoanti-
bus Mathesim sunt tradita, & ni fata cessissent, vix hoc eam
semestri hiberno speranda fuissent. Assonit quod loco Euclidis,
Geometria speculativa in Cursus classe sua tradetur. Certum est,
sed quomodo & quando? tradet quidem sed nimis succincte et
breviter ac ideo obscure ac proinde cum nimis exiguo audito-
ris fructu, cum brevitas doctrinae obscuritatem parit, & obscuritas
esto per Professorem hodie explanabitur & elucidabitur, post aliquot
tamen dies de memoria auditoris evanescet. Certum est quod haec
methodus Analytica conservetur adhuc à modernis Mathematicis
sed in illis Universitatibus, in quibus & copia & alacritas atq́
aviditas studendi est auditorum, ac ideo pro qualicunq́ capitu
breviter Mathesis ibi ab auditoribus publice à Professore ex
Libro Typis expresso legitur, in reliquo qui cupit plura scire, ma-
ximeq́ ea, quae ex dicto Libro explicata sunt & alia praeterea intel-
ligere, conducit Correpetitorem, qui hanc & alias difficultates
discenti clarificat, & sic saltem aliqui ditiores, venales Scientias possunt

sibi acquirere. Porro in Regno hoc in Universitate hac auditores & præ-
sertim Professores applicantes se, pauperculi, expensas erogare non
habent unde, nec etiam Professoribus Matheseos tempus vix sub-
sisteret privatim ea omnia continuo compeetere, quæ in Schola
publice sunt in Lectione dicta, unde potius auditor seduceret
in Mathesi, quam instrueret, ac proinde prædicta tam brevis
methodus docendi incremento studii foret nociva. Posset tamen
& hæc methodus subsistere si Auctor Editum cursum compendio-
sum, ab aliis Professoribus singuli Tractatum Matheseos per di-
stinctas Lectiones clare & fusius & præsertim Geometria spe-
culativa Astronomia utraque & Architectura utraque traderent.
Præterea ex dicto Cursu Mathematico sic in 4. Classes disposito a 4. Pro-
fessoribus una die legendo aut lecto, nulla utilitas ac profectus
auditori potest emanare. ex quo auditor hic idem principiis Ma-
theseos minime imbutus, jubetur omnes 4. Classes discere, unde si-
mul discit & facilia & difficillima, et ea quæ primo discenda
& ea simul quæ sunt ultimo discenda. Non aliter ac si Cursus
Philosophicus inter 3. Professores distribueret simul, ut idem
auditores simul Logicam Physicam & Metaphysicam discant
certe de Metaphysica nequaquam quidpiam intelliget eadem die
cum nondum calleat Logicam & Physicam. Sic prorsus fit in
Cursu Mathematico moderno in quatuor Classes diviso, ubi
primus Arithmeticam Geometriam practicam, 2dus Mechanicam & alias,
3tius opticam Perspectivam & alias, 4tus denique Geographiam
& alias partes Professor tradit, quas classes si idem auditor
discit, certe nequaquam percipiet Mechanicam opticam Geogra-
phiam non intellecta prius Arithmetica & Geometria Elemen-
tari. Et hanc ob causam nunc duo tantum Professores habent
auditorem nimirum tradens Geometriam Elementarem
utpote fundamentum ad omnes alias Scientias Matheseos & Geogra-
phia, quæ interim oculari demonstratione pro se tantum
egere potest, reliqui vero duo Professores non est possibile ut ali-
quando habeant auditorem (: ut et nunc tantum Discipulos
domesticos habent :) siquidem difficilis Scientia videretur illi, qui
nondum est imbutus principiis præsequisitis ad binas dictas Classes.
Insuper nec hic Cursus sic per novellam Ordinationem dispositus intra
biennium, ut sonat ordinatio extradi potest, cum ipsum tempus
licet sit duorum annorum, re vera per memoratam ordinationem
nec unius anni spatium comprehendit. nam vacationes
silentia dies sabbathis pervigilia, tempus quadragesimale et
dies illegibiles (: exceptis festis celebribus :) ex biennio plusquam integrum

annu auferunt, ac ideo 4. v 5 Tractatus spatio unius Anni quomodo extradent? Ut hoc clarius pateat, futuri anni intersti-tia saltim majora à laboribus vacua numeremus: & quidem 1mo à Dominica Quinquagesimæ quæ erit 9. Februarii usq' ad 28 Aprilis Septimanæ 11. Tempus vacationale à Festo S. Margaretæ die 13 Julii ad diem 24. augusti Septimanæ 6. Silentium Platonicum quod dicit Vindemiarum, à die 14. Septembris ad 26 8bris Septimanarum 6 in reliquo à Festo S. Thomæ Apostoli ad Festum SS. 3 Regum, Septimanæ 2. in summa temporis vacantis à Lectionibus Septimanæ 25 ideo aliquando plus aliquando minus, in uno anno, exceptis diebus illegibilibus ac Festis & Sabathicis. Proinde videndum esset nunc quantum Designati Professores suarum Lectionum tempore æstivo extradiderint. Videamus quantum hac currenti commutatione, reperiemus eosdem in hac ipsa materia versari & forsitan nec medium attigisse. ±

Sed missis aliis, cum id consideratione et reflexione eget. Cursus Mathematicus in suas classes divisus intra biennium extradendus et finiendus erit; extradat & finiat vere, transmitto sed auditor novus v aliunde veniens post medium ab inchoatione dicti cursus annum, debebit ne per annum & dimidium anni principium alterius cursus expectare? cum interim alii Tractatus (: quod dubito) continuabunt, ? deinde necesse est post biennium completum, ut iterum alii 4 Professores inchoent alium cursum Mathematicum similem, & sic omnino debebit fieri juxta ordinationem, non quærendo num priores Professores, omnes propositos Tractatus finiverint necne? quoniam esset contra ordinationem; cum tamen ex angustium est, ut hi 4. Professores intra quatuor commutationes (quæ potius duæ sunt dicendæ) ob tam multa interstitia vacationis) omnes sibi propositos Tractatus finire possint Sed missis Generalibus ad Specialia Ordinationis accedo

Specialia quædam ex Ordinatione.

Primum itaq' inevitabile est et servatu vix possibile, est sub isto textu Statuimus ideo quatenus nullus Baccalaureorum ad Laureandum nullus Magistrorum &c. Hoc statutum ultra limites & latissime se extendit, Non modo ad Personas Academicas, sed et Extraneas, ac ideo servile est servitutemq' minatur, Et quidem 1mo Patribus, Provisoribus, & Communitatibus. Nam nullus Patrum v Provisorum ad Senioratum ad

docendas Classes v admittendos in Coloniam aliquam Professores, audebit sibi seligere, ut moris erat, nisi prius adeat Decanum & Consiliarios Facultatis, consensum aut testimonium de eo accipiendi, cum tamen Patres bene norunt Professores, quos v quem tam in Scia, quam in moribus habeant sibi complacitum, ad Classes v ad Seniorata aut mittendi in aliquam Coloniam. Est quoq' intollerabile prædictum Statutum extraneis personis, præcipue Magnatibus Filios suos reddentibus causa studii ad hanc Universitatem; nam nec Parentes poterunt sibi, ut passim fit, seligere & commendare magnifico Dño Rectori v Classium aut alteri Provisori, sibi bene notum v jam aliunde commendatum subjectum ad instruendos sui filios. Nec M. Dnus Rector poterit talis Parentis filiis Professorem sui arbitrio eligere, nec quisquam Patrum, ut sæpe fit, postulatus, Professorem commendare sine prævio consensu & commendatione Venerabilis officii Facultatis Philosophicæ, ac ideo in hoc Magnificus Dñus Rector v alii Patres Universitatis h jam suo velle, sed arbitrio V. Officii Facultatis, de ego illud tantum subjectum ad erudiendos Discipulos commendare tenebunt; quod servitutem sapit. Et esto, ad præsens hoc præceptum a Patribus servabit, quaeritur num eam successu temporis a sui Succedaneis, & semp suam æstimationem & observantiam habebit, num potius risum merebitur? Igit potius tale statutum, quod malas consequentias post se trahit & vix e observabile, eliminandum. Insuper nec communitas Domus Majoris imo & Universitas libera erit ab hujusmodi statuto in sui electione subjectorum, v promotione ad Collegiaturas, stalla, v Beneficia, imo ad vocationes ad Collegia, cum prius tenebit præmittere petitionem in venerabili officio Facultatis, ut tale testimonium illinc extradat; & tamen sæpe fit, quod illi ipsi in tali officio Facultatis existentes, curent vocationem, ascensum, Collegiaturam v aliud quidpiam emolumenti; quomodo illi ipsi, sibimet testimonium poterunt de sui diligentia extradere? nonne major debet fides toti Universitati v Communitati, quam 3bus in Officio Facultatis Personis. Idem sentiendum de illo statuto sub Textu: Statuimus.

insuper quatenus nullus Seniorũ aut quaevis in superioritate constituta Persona &c. cum et ipse Decanus n. potest scire, nũ hic v. ille studiosus v. alius Professor ubivis manens, in hac v. illa Facultate aliquas audiat Lectiones: insup. nec scire potest num hic v. ille Senior in Schola v. Contubernio huic v. illi eam minus dignae Personae juventutem commendaverit, imo nec scire pote. p. Urbem v. suburbia de Persona nullas Lectiones audiente, privatim tamen inter cives Urbis v. Suburbii Juventutem informante, et tamen id hucusq. in effectu esse videmus, cum inter artifices, tot advenae Germani v. alii, qui nec jurisdictionẽ Rectoralẽ forsan noscere volunt, filios eorum instruunt.

Illud quoq. statutum sub textu: 2do Decanus aut alter consiliariorum singulos Magistros &c: in 6 Classes, singularum Classium Facultatis Regentibus transmittent 3tio dicti Regentes &c: Hoc praeceptum ab eo ipso qui illud condidit & ad servandum tradere debuit, ille ipse primus n. servavit, cum tandem futura commutatione factus Decanus Facultatis ex Collegio minori: conscribere v. p. se v. p. suum consiliariũ catalogos, eosq. distribuere Regentibus tota commutatione neglexit, et cum advertent aliunde me circa haec maxime indolentem, circa ipsam limitationẽ Lectionũ, pridie pervigilii Exaltationis Sae. Crucis & alii subsequentibus diebus n. jam p. classes sed generatim, catalogum auditorum (ut et mihi postridie Sae. Crucis auditores solius Mathesecos) p. Bedellum post finitas Lectiones stante silentio Platonico:/ transmisit, sine ulla utilitate & lucro, cum jam auditor totaliter dimissus fuerit, nec eam ut vult praefatum statutum Professoribus nomina & cognomina auditorum sub quibus tales Lectiones sunt auditurĩ possibile erat per Regentes, post finitas jam Lectiones transmittere.

Et tamen inter alia hoc v. maxime punctum de emolumento et profectu in studiis auditorum, ad executionem ultro deducendum erat, quod tamen p. hunce ipsum qui nobis illud ad observantiam tradidit n. e. effectuatum, imo nec hac commutatione hucusq. /: nimirum die 29 Novembris:/ ad executionem deductum. Si om. circa hoc punctum fusius licet disserere, egomet ipse /: ut ingenue fatear:/ motivũ

6

dedi Anno 1764 stante Decanatu Illustris Jagielski, cum enim viderem non semel Lectoria vacua et Personas laureatas ad audiendas Lectiones obligatas, alias Domi otio deditas, alias tempore studiorum per Plateas deambulantes, motus commiseratione super tum, quod penes Universitatem plurimi morantes (: ut aliunde notum fuit nobis :) nullam Lectionem in quacunque Facultate audirent. Petii itaque Illustrem protunc Decanum, et alios prout ipsi fatebuntur Illustres Regentes, proposuique negotium hoc, bonum Universitatis maxime tangens, insinuando ex tali non applicatione Subjectorum studiis, ventura fore tempora, quibus Universitas deficiet subjectis, cum tot Personae otiosae reperiantur nullas audientes lectiones, vel si aliquae reperiuntur vix cursum Philosophicum audiunt, quae eam ipsi Illustres protunc congregati, oculis suis non semel videntes, ita certo esse libere fassi sunt. Ac ideo consilium meum dedi, ut nimirum Illustris Decanus Facultatis pro tempore existens, Magistros et Baccalaureos in 6 Classes distributos respectivo Regenti in principio cujusvis Commutationis, ante inchoationem Lectionum in catalogo porrigi faciat, porrectos respectivus cujusvis classis Regens convocet, ab iisque audiendas Lectiones in qua libuerit Facultate vel arte, item sub quo Professore sit illis in animo audire exquirat, et annotet, annotatos sigillatim suis Professoribus transmittat, ut praedicti Professores docentes suorum auditorum ita porrectorum absentias in dies notent, notatos respectivo Regenti transmittant quos praedictus Regens quavis Septimana vel adminimum quovis mense, die sabathi post finitum actum convocabit, ideas revidebit, negligentias et absentias annotabit, easque Decano transmittet, rationem suorum defectuum coram eo redditur. Quo audito omnes protunc praesentes modum hunc acceptarunt et profectui studentium esse utilissimum agnoverunt, et ut etiam aliqua studii Philosophici, non quidem in toto sed interim in parte fieret renovatio et praecipue Physicae experimentalis in Facultatem hanc introductio (: ut fusius in meo Projecto alias porrecto et non acceptato patet :) fieret, suasi, utque singuli Magistri Collegiorum praecogitent, et ut in distincto scripto ad Illu:

trutinandum conferant consului & suasi. Quod consilium illa commutatione Aestiva ob alia negotia Decani suum effectum n. e. sortitum, futura autem commutatione Hyemali decessus alterius Decani Facultatis pro coronatione Serenissimi Regis Varsaviam, idem negotium procrastinari fecit, ac ideo vix Februarius Anni currentis occasionem dedit conferendi cum illustri Decano circa hoc negotium qui post Dominicam Quadragesimae convocatis Professoribus utriusq collegii praedictum negotium proposuit, quod omnibus audire jucundum erat, obligavitq Decanus ut quisq suam reflexionem et consilium alia die in scheda porrexisset, cum autem eadem Septimana futura erat convocatio Facultatis ad praesentandos juvenes ad Amam Lauream aspirantes, visum erat, ut punctum distinctum in Facultate ad deliberandum circa hoc negotium extraderet, uti de facto extraditum erat, electiq erant Delegati 4. ut in principio dictum sit ut illi deliberationes suas p modum Projectorum conscriberent, conscriptas in unum conferant, deliberateq trutinent &c. quod tamen n. fa... p omnes, sed p unum praecipitanter factum et omnibus impositum, ac ideo cum id sit factum p unum indeliberate ideo erroneum. Dc

Quod vero attinet Statutum sub illo Textu: Mathematicus methodum ab aliis Universitatibus receptam claram brevem & praecisam & tamen notum e quod cum solo id brevis fio obscurus certum e quod methodus analytica seu analiseos e satis brevis, siquidem notis & formulis algebraicis coarctatur & tamen addit ulterius: sine tamen notis algebraicis quod e contradictorium & indicatum cum omnes Universitates & Scholae externae, imo & in Regno hoc, doceant & opera sua publicent cum notis algebraicis, quomodo deinde auditor noster saltim legere deberet Libros modernos vel etiam antiacti Saeculi Mathematicorum & Physicorum experimentalium, cum n. habeant sibi instillatum modum in Theca cognoscendi tales notas algebraicas, quomodo tot volumina passim obvia Mathematica, Physica, Mechanica & alia legendo intelliget, cum ipse modus legendi e a Professore occultatus. Repeto idem sine signis &

& notis Algebraicis quæ magis magis mentem confundunt, memoriam enervant quam adjuvant. Quid ad hæc dicent adversarii nostri hanc artem callentes, quid amici, quid illi qui hanc artem saltem ex auditu noverunt cogitabunt; inferent sine dubio quod artem hanc ignorant Academici Cracovienses ideo eam foras eiciunt. Insup sine notis Algebraicis applicantibus ad Mathesim integra Mathesis tradatur & tamen in classe 1ma Tractatus Mathematicorum ipsa quoque algebra ad docendum e proposita, certe idem foret ac si juberemus docere quidem ipsam Scripturam sed formare characteres illius scripturæ prohiberemus, ac ideo sciret quidem speculative scripturam ille Discipulus sed formare characteres ignorabit. Hoc idem fit in presenti Ordinatione in qua proposita e Algebra ad docendum, sed notæ algebraicæ nullatenus in docendo Scias Mathematicas applicantur. Rat quia mentem confundunt & non confundunt mentes tot Clarissimorum Virorum Extraneorum Academiarum hanc partem optime callentium & suos Discipulos fuit ipse meis oculis vidi, & etiam teneroni ætatis, docentium: potius suo tempore illius Auditoris mentem magis confundent illæ notæ Algebraicæ, cum eas casu voluerit legere, quas ultro ignorat, quia modum eas legendi a Suo Magistro non accepit. Memoriam enervant imo juvant, quia legenda, breviter scripta citius capiet quam prolixa, porro algebra Propositiones Mathematicas breviter proponit, breviusque probat, ac ideo formularum algebraicarum perceptio citior fiet quam alterius textus; in illa enim unicus versus, non raro implet alibi prope 20; ac ideo percepta breviter tali formula Algebraica, eam poterit sibi postea fuit præcepta algebraica volunt in multa verba discursive resolvere. Mitto alias rationes, cum illius potissimum gratia hæc scribuntur qui ea censet bene esse

Accedo tandem ad dispositionem Lectionum Mathematicarum. In 1ma classe proposuit Arithmeticam Logisticam & decimalem et mirum e quod principiantibus & 1mo in limine Mathesis salutantibus discipulis, loco principiissimi ad

ad dicendā proponat, cum in hac parte ordinarie post alias species arithmeticæ n̄ per se sed ex accidenti, eam Logistica et decimalis, post acquisitas fundamentalit additionis subtractionis multiplicaonis &c: regulas eam Logistica & Decimalis in ipso fere fine proponat, cum harum una Astronomo altera Geometræ Practico tantum ē necessaria. Quæro itaq unde percipiet auditor additionē & subtractionē, plus difficiliorem numerorū Logisticorū & Decimalium cum n̄dum sit additionē subtractionē de numeris simplicium multo faciliorem; & tamen ordine doctrinæ in Mathesi semp a facilioribg ad difficiliora procedendum. Respondebit, ut opinor, qa Arithmetica simplicium tradit ab alio Professore in integris & fractis. certum ē eā tradi a distincto Professore & quidem extra cursū Mathematicum, & quomodo integer cursus dispositus? cum desit principalis pars Arithmeticæ in qua n̄ modo practice sed & Theorice ars numerandi omnino auditoriē proponenda; quomodo /: salva dignitate illius Professoris :/ ille arithmeticus horā unā docens arithmeticam tradere poterit Theoriam & praxim simul cum ille antea de Theoria dubito num audiverit, cum ille naturam proportionū ignorat. Sed dicet iterum ē ad id muneris data distincta Lectio Arithmeticæ Joannis de Muris. Miror valde Euclidis sat necessarios principiantibus Lectiones quos sexsuales exularunt, quia antiquitatē olent & arithmetica Joannis de Muris novitatē sapit, quæ /: nisi fallor :/ vix tempora Artis n̄ tetigit. Sunt itaq nobis multo clariores ad hunc Theorico Practici arithmetici publico communicati /: quos n̄ enumero :/ ex quibus et Praxis & Theoria bene hauriri potest, necessario auditori ulteriori Mathesi se applicanti ante omnia proponenda. Deniq certum ē tradi Lectionem Arithmeticæ communis a distincto Professore, et necessario tradi debet propter Classium alumnos horā una. Sed quomodo Magistery Baccalaureus cum suis Discipulis eam audire poterit? et tamen sub titulo cursus Mathematici honorificentius erit eam Magistro talem scientiam sub Professore cursus Mathematici audire, quam sub Professore arithmeticam

nude tradente. Insuper Arithmetica in Cursu Mathematico tradi solita prabere debet eam cognitionem notarum algebraicarum cognitionem numerorum cossicorum & rationalium asfiguratarum ut sic in ulterioribus partibus ut in Geometria Trigonometria &c. eas sciat applicare. Non est itaque faciendum per plura quod fieri potest per pauciora idem Professor Cursus & arithmeticam simplicem & Arithmeticam numerorum figuratorum & proportionum ac simul notitiam notarum algebraicarum imo & illas praecipuas species Logisticae & Decimalis bene in Tractatu Arithmeticae ex professo tradere & docere tenet & debet. Non est inquam necesse facere per 3 Professores quod unus facere suevit, ac ideo non est ultro terrendum tempus hac in parte in Logistica & Decimali cum ordinarie fit quod Magister tradens astronomiam quamcunque, oretenus tenet instillare auditori sive privatim sive publice & Arithmeticam Logisticam, cum nec ego nec ille qui talem dispositionem cursus fecerit unquam hanc Lectionem audierit, nec alii huccusque Mathematici eam publice perceperunt, sed privatim et se magistri; ut ego quoque idem faciendo tot Professores imo prinfallor sed ipsum Dispositorem praefata ordinationis in hac parte Logisticae erudiverim et huccusque cum gratia Dei in ea erudire non cesso. Nec eam terrendum tempus censeo in Decimali, ubi haec cognita arithmetica communi facile aliunde perpiet, imo; cum Geometria Practica tradat in ea ex professo hancce speciem Professor instillare tenet.

Geometria Theoretica. Haec una cum arithmetica, quam sit necessaria jaciendis fundamentis Tyronum nemo non videt, aliisque Scientiis fundamentum praebeat unus omnium sensus. Cum ergo justissimus & innocentissimus Euclides cum suis Elementis nescit qua de ratione extra moenia hujus Universitatis exulaverit et ex Lectorio propulsatus fuerit, qui ab omnibus Universitatibus acceptatus tot operibus explanatus, et indies typis recusus et publice per cursum et privatim ubique legitur et repetitur et sattis demonstrationes ejus probandi causa allegant; nunc qui sub-

sidio cursui fuisset a tergo e positus. Ac ideo iniquum e cur hic author postpositus ex Schola Mathematica eliminat qui optime, scilicet praeter Geometriam Theoreticam quae succinctissime & non tam ordinate infert unum ex aliis nec tam praecise videre potest a facilioribus ad difficiliora a notis ad ignotiora sicut faciunt Edicta elementa Euclidea Ergo cursu a distincto Professore tradi potest, & sic 4. Professores Cursus Mathematici toto citarent ejusdem Propositiones ad firmanda & stabilienda sua Theoremata. Tradat ergo Geometria Theoretica non contraveniam esse necessaria Sed per alium Professor distincte tradat et Euclides priorum Librorum; idque si videbitur, rejectis eam Propositionibus illis quae sunt conversa prioribus & inde in auditore multo majus emolumentum speramus quam ante, cum duplicata ejusdem repetitio utpote ab initio studenti maxime necessaria, majorem impressionem rerum adfert quam una ex Geometria Theoretica ad placitum & minus forsan ordinate & intellecte collecta.

Cum vero tradat Geometria Theoretica & hic statim post ~~cum~~ Trigonometriam planam praetermissa e Geometrica Practica miror, cum Theoriam natura debeat sequi Praxis & quidem in Cursu omnino non praetermittenda. cum hic idem auditor audiendo principia ex eadem Theoretica facilius percipiet vel saltem inferet Problemata Practica ac proinde hoc in passu defectuosa Classis ista videtur. Sed <u>dicet forsan</u> ut infra in statutis Professor Strzatkovianus tenet ex professo Geometriam Practicam tradere ac ideo bina de eodem lectio tradi non debet. Respondeo: Tenet quidem sed extra Cursus, extra dispositionem Ordinationeam, imo extra introspectionem Facultatis Philosophicae; sed in Cursu omnino reperi debet. Certum quidem est quod Professor Strzatkovianus tenet Geometriam Practicam Juventuti Academicae una cum experimentis in campo demonstrare sicut de facto quotannis in campo demonstrat, sed Professor Strzatkovianus non obligat ad Lectionem hanc quotidie & integro anno, sed tantum aestate, idque semel in hebdomada, sicut cum

cam nunc bis in septimana diebus recreationum in Classi=
bus Novodvorsciani fieri solitam, & in campo aliquo=
ties de semetri propriis instrumentis, cum jactura dictorũ
instrumentorum ut hoc et præterito anno audivi, ab
hora circ. 2da usq ad occasum demonstret, ut ipse Au=
ditor testari pote, idq pro exiguo salario annuo florenorũ
49 grossorum 10, cum strepitu juris n semel recipiendo.
ac proinde infero quod vix possibile sit ut ex tam pau=
cis Lectionibus Geometriæ Skzatkowiani Auditor multum
& cito proficiat in Geometria Practica, cum tales Lectiones
uno, ut vult ordinatio, sed pluribus annis vix tradi potest.
sed sit eadem Lectio in Cursu Mathematico, suo distincto
Tractatu indies traderet, multo plus multo plus utpote
indies audiens hac in parte proficeret. Concludendum
itaq erit hanc partem nullatenus eiiciendam esse a
Cursu, tradendam.

Quod attinet ad Classem 2dam de hac multum disserere nolo
cum licet sit necessaria in Cursu tamen opus é ut eam
tradat Professor in Physicis experimentalibq mechanicis,
Geometricis, algebraicis & aliis Mathematicis optime in=
structus habeatq & ad id muneris instrumenta necessa=
ria & auditorem jam alias Mathematicis Scientiis
bene instructum, & Algebraica rudimenta bene callen=
tem, secus nec Professor nec Auditor quidpiam efficiat.

De Classe vero 3tia n modo sit ipsi sed eam Physicæ expe=
rimentali, Architectonicæ, nec non arti Pictoriæ sum=
me necessaria, quod hæc, sicut & aliæ, si sincere colli=
gant partes singulæ, integra vix & ne vix tradi po=
terit, modo sit prius & Professor & auditor sit ei tra=
dendæ aptus, nam tam optica Perspectiva & Catop=
trica sicut & Dioptrica speculatione & praxi manu=
ali egent & instrumentis jam paratis preparan=
dis ut notum é illis qui hanc partẽ legebant, cum in
his partibus doctrina Tuborũ specular & aliarũ rerũ
Opticarũ tradat. Perspectiva vero a pictura & Geome=
tria subsidium sumens, architecturæ ministra é. Necesse itaq é

e, ut habens Perspectivam calleat Picturam Geometriam & Architecturam.

Astronomia quoque Sphaerica & praesertim Theoretica, quis non videt in quanto nunc valore, sed simul in quanta hic dictum varietate reperit, sicut in dies in exterit novae observationes ita eam vix non indies novae hypotheses, ac proinde doctrina de iis vix breviter tractabilis. Tractet breviter, parum aut nihil doctrinae ejus tanget, cum ejus innumeri libri innumeras indies astronomis, praesertim tantum speculativis, ut nobis ob defectum observatorii nullam observationem habentibus pariant dubitates & ignorantias. Partem igitur hanc astronomiae tenemur tractare conformiter modernis astronomis secus minus scienti dici ab illis, vel in hac scia versati reputabimur.

Dicet forsan sunt Theorica Casini vel Wolfii ergo illa sufficient. Dico sufficient quidem, sed non integra et ex integro nec sola sufficient aliquibus in particulis & non tota. Nam post Wolfium (: si hic allegandus est cum non fuerit astronomus observator :) & Cassinum plurimi libri extant astronomici Theorici multo differentes a prioribus. Ab anno 1759. ad 1764 quanta diversitas in astronomicis facta sit, praeter alios testentur libri priori anno Clarissimi de La Caille & posteriori Clarissimi de La Lande, qui duo astronomi licet in quibusdam conformes sint, multo tamen tam in numeris quam in hypothesi a se differunt, ac proinde compilatio Theoriae ex astronomo non uno sed pluribus tum modo praecedentis sed et praesentis seculi imo & praesentium annorum acquirendis est facienda. Quomodo ergo hic Professor tenerioris aetatis haec potent tam brevi tempore colligere, qui vix et ne vix ea legere per idem breve tempus est sufficiens. Ac proinde concludendum. Bene legatur astronomia brevissime in cursu ut novella ordinatio loquitur, sed ea ab alio Professore distincto clarius & fusius extra cursum continuo tractetur ut si auditor sumptis aliquo lumine in astronomia ex praedicto cursu, facilius ea percipiat in Lectione seorsiva a distincto Professore cum liberiori hypothesium allegatione & resolutione necnon cum Geometrica & Trigonometrica demonstratione cum solida sui vel alterius observatione necnon frequenti calculo Logistico, Tabularumque motuum Caelestium, Recentissimorum astronomorum applicatione, pertractabuntur. Cum haec pars Mathesees inter alias maxime florem & clarem facit Universitates

Extraneas ut toties vidimus legimus & audivimus

Brevitati studendo de hac classe parum disseram sed iterum quaero num intra tam breve tempus cum optimus et diligentissimus Professor poterit hos omnes 6 Tractatus perlegere & conficere, cum ipsa Architectura militaris vix integro Anno, Civilis quoque vix altero anno confici potest, ob tot fantasiae figurarum delineationes, quae in his partibus traduntur. Potius ergo Architectura militaris & Civilis a distincto Professore tradatur & sic & auditorii emolumento erit & universitati honori & utilitati Regni.

Quod vero mentio fiat in praefacta ordinatione Tabula vero motuum Caelestium, ut nimirum de illis, distincta doctrina per Lectiones tradatur, Miror compilatorem talis ordinationis, suppono imo scio eum esse Mathematicum, non nescit Tabulas has nasci ex observationibus & harum per hypotheses & istarum per Geometricas demonstrationes corroboratione, ac tandem hac utraque fundata in volumen numerorum distributione in annos tam antea actos quam subsequentes. nonne bene scit Professorem in tradenda Astronomia Theoretica, teneri applicare has & alias Tabulas suae doctrinae motibus caelestibus. alias teneret Professor Astronomiae Theoricae tradere de ipsis Planetis, non tangendo doctrinam de motibus eorundem, quod est absurdum. Qua quaeso in universitate in Orbe tractatur talis Lectio Tabulae motuum Caelestium. Extant Tabulae motuum ut Cassini sed applicantur in dictis academiis astronomiae Theorico-Practicae. quomodo autem Tabulas ipsas docerent, si non docerent simul & Theoriam motus Planetarum. Primo igitur audio, imo audiunt astronomi dari modum docendi Tabulas Caelestes sine applicatione ad motum Planetarum & sine praemissa Theoria de motibus Planetarum

Ac proinde ut quid haec multiplicatio, ubi nullo modo est necessaria. Si tractatur in Cursu Theoretica, ille ipse Professor scit docere applicare Tabulas praedictas ad motum Planetarum earumque usum simul explanare, quod aliter fieri nequit. alias esset contra methodum tradendarum Scientiarum Mathematicarum. Imo hoc semestri Professor ex vi professionis & fundationis accepta Astronomiam Theoreticam modernis & aliorum observationibus accommodatam, scit quoque imo omnino tenebitur & usum praedictarum Tabularum praefatae de motibus doctrinae applicare.

Arithmetica proportionum quam Joannis de Muris vocant anti-

antiquitus de antiqua ex suo Authore & Auditori licet ne-
cessario ab illo tamen antiquitus non appetibilis, novae tamen
ordinationi inseruit, miror. Cum author ordinationis reje-
ctis antiquis nova omnia vult doceri et tamen cum antiquo
antiquati authoris Lectionem novam fecit, interque novas po-
suit, ideo infallor eam novam supposuit, quam tamen in
nulla universitate his temporibus legi audivit. Sed loco illius
Arithmetica Generalis & Specialis speculativo-Practica tra-
ditur, uti tot volumina testantur, et Ioannis de muris ubique negli-
gitur. Sed si res est de musica quam hic author nimis abstrusam
habet, quare ergo in cursu praefacto praetermissa est musica
quae etiam est pars non postrema Philosophiae Mathematicae

In fine dispositionis Lectionum Mathematicarum addit: <u>Geometria Pra-
ctica absolvi intra Annum debebit.</u> Bene mihi sum persuasus
non ignorare authorem ordinationis novellae Geometriam Pra-
cticam esse Professione Fundationis Generosi Adami Strzat-
ka dni de Republica & re Literaria meritissimi, idque in cen-
su annuo 3tias marcarum, ordinationeque est, ut talis Professor
legat hanc Lectionem semel in hebdomada & aliquoties
de aestate experimenta Geometrica in campo Iuventuti
praesentet, quod etiam fit. ad quam rem introspectores con-
stituit Magnificum D. Rectorem Universitatis & Perillem Praepo-
situm S. Floriani protunc existentes esseque Patrona talis Pro-
fessionis Dominum Collegii Majoris Universitatis, ad quam
solam spectat eligere talem Professorem, sed non obligat ut in-
tra tantum vel tantum temporis spatium praedictus Professor
Geometriam Practicam omnino finiat, Cum nemo pru-
dens, Lectorem semel in hebdomada legentem trahere
potest ut intra tale vel tale spatium suam Lectionem
extradat, cum impossibile sit brevi tempore Scientiam
hebdomadalem & non diurnam perficere, prout de fa-
cto nec ordinatio, nec Fundator nec Magnificus Re-
ctor vel Perillustris Praepositus S. Floriani uti Intro-
spectores, nec insuper V. Communitas Collegii Ma-
joris uti Patrona praedictae Professionis unquam Strat-
kovianum Professorem obligavit, ut intra annum praedictus
Stratkovianus Professor omnino suam Lectionem finiat

11

Et tamen cum Pilator praefactae Ordinationis nullum habendo Jus in Lectorem Strzałkovianum, imo nec ipsa Facultas Philosophica quia hanc Lectionem nunquam Strzałkovianus Professor accipiebat in Convocatione facultatis ad aliquam inspectionem v dispositionem hoc in puncto tenet ut vult sua Ordinatio, nec ut ille Geometriam Practicam intra spatium Anni indispensabiliter finiat, stringere usquatenus potest. Et si illum stringit augeat eidem proventus majores, cum gratis hanc artem in dies non tenet dare, utpote aliam ex vi muneris Professorali distinctam tradat & legat in dies.

Infero itaque & ex dictis concludo Cursum hunc ex sua non perspecta ordinatione & Dispositione in aliquibus mancum in aliquibus superfluum & ideo erronee expositum esse curat itaque cursus Mathematicus interim breviter & succincte ut vult ordinatio sed numero pauciorum Tractatuum repositis nimirum aliquibus Tractatibus a distinctis Professoribus legendis, currat inquam sed per unum duntaxat Professorem bis de die legente ut alma universitas & sui Conne Anno Dni 1757. dictus Martii declaravit, sed quotannis alius Professor Mathematices eundem inchoet priori interim reliquos tractatus (: non perstendo ipsi temporis finiendi explanante) eo fere modo quo Cursus Władislawsianus tractat, sed currat (praemissa semper (: juxta tenorem praefatae Conis:) Principiatura seu sermone brevi de Mathesi. alii vero Professores Mathematici alios tractatus v in Cursu non repositos v licet reperiantur sed breviter & sunt publico necessarii, clarius & distinctius tradant, eo fere modo quo in Sacra Facultate Theologica, licet Cursus 3plex a suis Professoribus 3ennio v biennio tradatur, nihil tamen officit, quod eam illi ipsi Tractatus ex aliquo specificato Cursu desumpti a distincto Professore legant. Et si Mathesis & auditoris emolumento & Universitatis honori & Regni Utilitati & Regni Utilitati hac in parte suo tempore erit.

Dispositio autem Scientiarum Mathematicarum siquidem communi jussu Celsissimi olim Andreae Załuski Episcopi Cracoviensis Ducis Severiae Universitatis nostrae Cancellarii per 4. emeritos Patres Matheseos Professores Collecta & tandem Anno suprafato 1757. similiter ab iisdem Mathematicis in Convocatione totius Universitatis porrecta, licet sit acceptata, quia tamen ad 22 species sit extensa & ideo nimis prolixa & quia non omnibus omnes species Matheseos sunt necessariae, ac ideo nec eas omnes appetere censerem placendum fore & qui auditori. Propterea Cursus Mathematices in suis tractatibus minuendus & abbreviandus esset tradique posset cursus quo ad suos tractatus juxta normam Cursus Mathematici in Universitate Viennensi legi soliti assumentis Mathesim seu elementa Mathematica clarissimi Viri de la Caile

de la Caille in Universitate Parisiensi Matheseos in Collegio Mazarinaiano Professoris jussu augustissimi Caesaris explanante. Nimirum arithmetica integra cum suis speciebus intermixta Algebra Geometria et Trigonometria utraque Astronomia similiter utraque demum Optica cum suis speciebus et tandem Mechanica prout defacto ad praesens ibidem tractatur, non alligando tamen et necessitando Professorem ut omnino hunc et non alium authorem in cursu suo Mathematico legat, sed poterit ad normam ejus cum alio Mathematicorum pro sui velle uti materia. reliquae vero partes Matheseos quae in praefato Cursu non reperiuntur a distinctis Professoribus perfectionandi sui ipsius gratia nec sine necessitate cum omnes Lectiones exaudiverint. sint diversis aliis horis tradantur uti Elementa Euclidis, Geographia, Sciaterica, seu Gnomonica, Chronologia seu computus Statica et aliae species practico-speculativae, architectura civilis et militaris. imo si videbitur propter allatas jam rationes etiam astronomia Spharica & Theorica a suis Professoribus continuo Caesari explanentur, cum haec in Cursu omnino breviter tradi debebit, hic autem cum applicatione Tabularum motuum experimentis suis vel aliorum astronomorum adducendis.

Mirari tamen satis nequeo, quod sicut continuo fit illi saepissime Lectiones Mathematicas disponant, qui eas parum cognoverunt easque tradendi methodum vix audierunt. Unde saepe fit ut et Professori committatur talis Lectio accipienda Mathematica cui ille vix satisfacere potest. Itaque hoc in puncto justius et convenientius esset ut ne tamen fiat injuria authoritati Facultatis Lectiones apud ordinarium Matheseos prout eam illius jura volunt privatim anticipando Convocationem Facultatis per dictum Ordinarium distribuantur suo tempore in convocatione Facultatis clare a Professore respectivo promulgandae, siquidem ordinarius Mathematicus bene gnarus subjectorum Mathematicorum illis tales instillabit Lectiones tradendas, ad quales easdem sigillatim Professores idoneos censebit. In aliis vero disponendis non est praecipitandum cum haec tempus dabit necessitas et experientia suppeditabit.

Reasumenda quoque est Conclusio Facultatis Philosophicae in Convocatione Universitatis approbata circa auditores Matheseos cum hujus manutentio incrementum in hac Scientia auditoribus est allatura.

12.

Abstrahi jam nollo ulterius ad limam ponere Dispositionem Lectionum Philicarum sicut & ibi aliqua p. novis, p. ut Philia B. Alberti magni sint apposita, imò et alid minus utile ut Historia Phliae cum hæc absq explicatione in parati jam ad id Libris ab auditore facile legi possunt.

Nolo introspicere Disputantiæ actuum Philosophicorum in quibus conclusa est via Professoribus p. novellam ordinationem ne in sua classe ultra horam 12 meridie Disputationem prolongent. Ac pptorea sæpe fit qd Professores præsertim posteriores seco sine ullo proposito argumento, ob elatentem meridiem recedere debent.

Nolo eam repetere cur tempus quadragesimale & dies Dominicæ in quibus unam orationem fieri contingit p. novellam ordinationem ab actibus ordinariis sit dispensatum, ob aliquas & aliquando tantum exercitationes Lunares absolvendas.

Quod verò additum sit in præfata ordinatione ut puri Mathematici ppositiones ad Disputandum in actibus ordinariis in Lectorio superiori extradant, nec hoc ad præsens verificat & observat: cum & nunc potius Physicæ & ex tractatu de Cælo pponant. Imò mitto alia in dicta ordinatione expressa minimè verificari videntur cum ad executionem non sunt deducta nec deducunt. Neq eam verificatum est postremum ordinationis punctum de convocatione boni ordinis, uti supra insinuatum, quæ sicut fuerit debito tempore extradita, & tamen ea in præfata convocatione ventilabantur quæ convocatio boni ordinis exigebat circa incrementum studii & inspectionem num ea quæ in ordinatione scripta observantia demandent, sed tantum ea quæ v. diminutionem studii p. uti de tollendis quibusdam actibus ordinariis, p. v. de superfluo ornatu v. de loci eminentia. Nolo inquam hæc insinuare esto eam mea maximè interest & mei muneris sit uti primi Regentis p. dictæ Facultatis ne illis quos toties commonere volendo, nihil effeci odiosus fiam.

Melius itaq fuisset si talis facta ordinatio in Libri Decanalibus in occulto stetisset, non fuisset ludibrio exposita, prout nunc dum Typis publicè jam est demandata, quam jam certò difficilius erit corrigere.

Hæc ego non alicujus livoris v. invidiæ nec etiam alicujus vanæ jactantiæ causa, sed purè defendendi honoris, tam matris meæ Universitatis, quam Facultatis Philosophicæ gratiâ præcludendo ulterioribus emergendis malis sequelis viam, conscientiosè scripsi; secus coram Deo meo & angelis ejus in extremo Judicio rationem strictam reddidurus. Ad cujus majorem honorem & Studiorum incrementum omnia cedant.

II